

o m t

DD.

Et aequae quae super caelos sunt. laudent nomen domini. Huius ergo caeli superiora dominus in aquis tegit. quia alta sacri eloqui. id est ea quae de natura diuinitatis. ut de caelis gaudium narrat nobis adhuc nescientibus. solis angelis in secreto sunt cognita. Caelum quod hoc et coram nobis extendit. et tamen in aquis superiora illius circumgunt. quia et quaedam sacri eloqui iam nobis per prophetam spiritus patent. et quaedam quae solis angelis possunt esse manifesta. nobis adhuc seruantur occulta. De quibus tamen occultis. iam parte per spirituale intelligentiam sentimus. iam sancti spiritus primum accepimus. quia haec et plene necdum cognouimus. et tamen medullis amamus. et in multis spiritualibus sensibus quos iam cognouimus. ueritatis per uocabulo passum. Dicitur ergo. quod erat scriptum in uis et foris. Quia in sacro eloquio et dictis occultioribus satiantur fortes. et preceptis aperuoribus nos paruuli nutrimus. Unde scriptum est. Montes excelsi ceruis. et petra refugium herinacis. habitant enim montes intelligentes. qui iam contemplationis saltus dare nouerunt. Sed petra sit refugium herinacis. quia nos paruuli. et peccata nostra spiritibus coapti. et si intelligere alta non possumus. in parte nostrae refugio. id est in christi fide saluamur. Unde et quibusdam dicitur. Nichil me iudicauit scire in uos. nisi christum ihesum. et hunc crucifixum. Ac si diceret. Quia uos capere diuinitatis eius mysteria non posse pensauit. sola uobis humanitatis eius infirma locutus sum.

Seq. **E**t scriptae erant in eo limitationes. et carmen. et uae. Carmen aliquando in bono. aliquando uero dicitur in malo dubium non est. quia et lectum carmen. et lugubre carmen dicere possumus. Sed nos scripturae sacrae usum sequentes. quae pene saepe carmen ponere in prosperis solet. hoc in loco per bonam partem dictum carmen accipimus. Nam cum omnipotens deus per suum de mari rubro liberasset. scriptum est. et moyses et filii israel.

DD.

Laut.

De carmine.

Mor.